

perit omnis illa metonymia sacramentalis ratio, & non possunt di-
 versa propositiones (quæ tamen ipso sensu conveniunt) conciliari. Pro
 exemplo cape has. Hoc est corpus meum, inquit Christus Panis
 est corpus Christi, inquit Ecclesiastici scriptores. Panis est ve-
 rum corpus Christi, inquit D. Paulus. Quæ omnes propositiones
 idem dicunt, quantum ad sensum. Sic Hoc est sanguis meus N.
 Testam. inquit Christus apud Matt. & Marcum. Hoc poculum
 est N. Testamentum in meo sanguine, inquit Christus apud
 Lucam & Paulum. Poculum benedictionis est verum sanguinis Chri-
 sti, inquit Paulus. Vinum est sanguis Christi, inquit Ecclesia-
 stici scriptores. Quæ itidem omnes sensu conveniunt. Affer nunc
 metonymiam Sacramentariam, & applica singulis illis propo-
 sitionibus: Videbis tantam absurditatem, qua maior cogitari non po-
 test. Si velis in aliquibus tantum adhibere, non omnibus, quam
 proferes diversitatis rationem? Et quis tibi concessurus est, corpus
 Christi in hac propositione dici pro signo corporis, in altera pro ipso
 substantiali corpore? Idem iudicium de Christi sanguine. Cumq; o-
 mnino scripturæ explicatio debeat esse conformis fidei: propo-
 sitionum etiam sacramentalium requiritur conformitas certa &
 constans: quam ferre metonymia illa sacramentaria non potest, ac
 proinde rejicienda est. Dic tu, vinum in S. cæna non esse ipsum san-
 guinem Christi: sed signum sive figuram sanguinis: quid responde-
 bis D. Paulo dicenti poculum benedictionis est verum sanguinis Chri-
 sti? Vbi profectò nomine sanguinis non intelligitur signum sive typus
 sanguinis, sed verus & substantialis sanguis Christi, ut constat apud
 omnes orthodoxos interpretes.

82. 5. Deniq; metonymia illa sacramentalis imprimis ad-
 versatur ipsi institutioni sacramenti: sive finem eius respicias, sive
 ipsa verba cæna sacra. Non enim novos typos seu figuras erat Chri-
 stus ordinaturus: quippe qui iam antiqua verat agnum Paschalem,
 in quo evidens admodum typus Christi effulgebat: sed quia typi Le-
 vitici complementum suum erant sortiti per adventum Messie, in
 queis